1504. 26. Novembris. Mazovia Ex Ms: Arch: Stan: Aug: Regis. Collectionis Dogelij.

Solutio triginta millium fl: pro infeudatione in Ducatum Mazoviæ. Sigillum unum.

44

Alexander Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq; Dominus et Hæres. &c: Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis. Quia à præclaris Anna Genitrice, Stanislao et Ioanne filiis Ducibus Mazoviæ ad rationem Summæ Capitalis Triginta Millium florenorum pro infeudatione Ducatuum Mazoviæ ad Nos Regnumq; Nostrum devolutorum præfatis Stanislao et Ioanni Ducibus facta, Nobis debitæ quinque Millia Florenorum Hungaricalium pro Festo Natalis Domini proxime futuro pro secunda ratha obligat per manus Venerabilis Alberti de Cracovia Canonici Visliciensis, Notarij Nostri recepimus et effective levavimus. De quibus eosdem perpetuo præsentibus quitamus, Harum quibus Sigillum Nostrum est subappensum Testimonio Literarum. Datum Cracoviæ feria tertia in crastino Festi Sanctæ Catharinæ Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quarto Regni Nostri Anno Tertio.

Johannes de Lasko R. P. Cancell:

Ta Kopia przepisana iest z Kopiy legalizowaney w następuiący sposob: Præsentem Copiam cum suo Originali concordari fide publica attestor Varsaviæ d. 22. Junij Anno Dni 1769. Ignatius Ludovicus Nowicki Metrices Regni Præfectus, S. R. M. Secrus.

Zaświadczam. Adam Naruszewicz. B. K. Grodz.
Vars. 1781 d. 3a 9bris. Pisarz W. W. X. L.

Ad T: 1503 anni.